



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Hyssopus. Expiatio peccatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Oratoris
Trojano-
rum. Mat-
theol. &
Diose. l. 1. c.
1.

quod eloquentiæ præcepta illos hausisse significat: propterea quod ejus herbæ flos colorum varie-
tate atque ornatu, Iridi cœlesti, quæ & ipsa eloquentiæ Dea habebatur, similis sit, & quia talem ope-
ret esse orationem, nempe colorum ac figurarum varietate distinctam, multasq; hæc herba eloquen-
tiæ similes vires habet: nam ut de illa tradunt Medici, iris halitus pravum odorem corrigis, gram-
que & suavem reddit spiritum, & venenum repellit: sic etiam ornata oratio quasi suavis quidam ha-
litus gratiam conciliat, & animi venena, hoc est, perturbationes depellit. Hanc herbam quidam vo-
luat olim Hyacinthum appellatum: quod indicare videtur Ovid. Metamorph. lib. 10. his verbis:

*Flos oritur, formamque capit quam Lilia, si non
Purpureus color his, argenteus esset in illis,
Non satis hoc Phæbo est: is enim fuit author honoris.
Ipse suos gemitus foliis inscribit, & hya-
Flos habet inscriptum, funestaque litera ducta est.*

Sed hanc questionem Medicis permittimus: nos de illa, quæ hodie Hyacinthus vocatur, mox di-
cemus separatim, hanc vulgo Liliū cœruleum vel purpureum appellari scimus.

H Y A C I N T H U S.

S A P I E N T I A. C A P. XXXI.

Quin &
pueros diu-
tissimos ser-
vat in pu-
bertate.
Diose. l. 4.
c. 57. & ibi
Matthiol.

HYACINTHUS, quem ab Apolline in florem conversum Poëtæ fabulantur, prudentiæ & sapien-
tiæ symbolum est. Nam cum Apollo Musarum, ingenii, ac literarum Deus sit, Hyacinthum
puerum ab illo ob formam adamatam, Poëtæ finxerunt: quia sensus naturalis minime corruptus
puer est, hoc est, prudentia caret, sed tamen formosus est, quia mentem ad sui contemplationem, ce-
citat: qua contemplatione fit, ut tandem sensus, juvenili ætate atque fervore illo deposito, prudenti-
æ & sapientiæ florem ex se signat, suavissimis virtutum odoribus fragrantem: quorum post me-
moria literarum monumentis ad posteros manat.

N A R C I S S U S F L O S.

C O R P O R I S F O R M A. C A P. XXXII.

Narcissi fi-
lio poetica.
Ovid. Met.
l. 3.

NARCISsus flos corporis formam, quæ cito corrumpitur, & inventæ florem, qui cito transiit, si-
gnificat, ut rosa, & viola, & omnes flores, qui cito corrumpuntur: ideo enim Poëtæ fuisse, &
Narcissum formosissimum puerum, dum suam formam, quam in fonte cernebat, cupide nimis ad-
miratur, in fontem prolapsus perisse, & in florem hujusmodi conversum: ut indicarent, non hanc
fluxam corporis formam, sed animi præstantiam, & divinam illam æternamque pulchritudinem esse
admandam.

Matthiol.
ex Mesue in
Diose. l. 3. c.
26.

Hyssopus a-
qua, una
cum ligno
cedrino, &
flos cocci-
nia.
Exod. 12.

HYSSOPUS herba pulmones purgans & caput, qua Hebræi utebantur cum sanguine anima-
lium, ad populum aspersione lustrandum, gradum divinum significat, & vinculum illud, quo
cum Deo conjungimur: & conjuncti à peccatis expiamur. Hinc David, *Asperges me Domine hy-
ssopo, & mundabor.* MYR-